

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Dvbivm IV. Qualis sit finis, sive scopus hujus Regulæ, ac ex consequenti  
nostræ Religionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

tia infra judicabimus) ab eodem quoque tempore, vel paulò an ea Ordinis confirmatio judicanda erit. Et hæc de approbatione Patriarchis facta.

Si vero ad Apostolicam Sedem convertatur, ante INNOCENTIUM III. Regulam Alberti ales. III. approbatam ab ALEXANDRO III. facile compremus, ut docent non contemendi Autores. Trichemius de laudibus Carmelitarum cap. 5. ait: Postquam Fratres hujus Religionis in Europam venerunt, multi summi Pontifices Ordinem ipsum confirmarunt: de quibus Alexander Papa III. unus exiit. Idem tenit Bochingerius in sua Chronica, & Genebrardus in methodo ad Chronologiam, & historiam universam. nostrique Ordinis historiographi passim id tradunt, præcipue Petrus Raymundus, & Joannes Grossi Ordinis nostri quondam praepositi Generales.

Demum, cumane Concilium Lateranense opus non esset Apostolicae Sedis expressa approbatione, non video, que major confirmatione alii cui Ordini iunc contingere poterat, quam multorum Pontificum privilegiis ornati. Constat autem Carmelitarum Ordinem à tempore LEO-NIS IV. ADRIANI II. STEPHANI V. aliorumque Pontificum, qui propè annum 850. floruit, varia privilegia accepisse, de quibus mentione fit in Bullis à SIXTO IV. concessis, maximè in illa, que incipit: Dum attenta meditatione: & in Bulla GREGORII XIII. cuius initium est: Ut laudes sanctissima &c. in quibus commemorantur hi, & alii antiquissimi Pontifices, qui Carmelitus ab anno 815. in terra sancta oppressis variis favore concesserunt. Que etiam privilegia referuntur in compendio privilegiorum, verso Indulgentia, quoad seculares.

## DVBIIVM IV.

Qualis sit finis, sive scopus hujus Regulae, ac ex consequenti nostra Religionis.

**Cassianus** Omnes artes, ac disciplinae sunt Cassianus loquitur collatione 1. scopum quendam, id est destinationem, & telos, hoc est, finem proprium habent, ad quem respiciens unicuique artis teator industrios cuncta ordinat, & dirigit, & oblatos labores, pericula, & dispensia universa æquanimiter, atque libenter tolerat, sicut agricultura finem habens, secutè, copioseque vivendi ex proventu frumentorum fructuum, scopum (id est destinationem) gerit, agrum suum cunctis sensibus expurgare, cumque universis infructuosis vacuare graminibus: sine quo se adeptum finem propositum non confidit. Similiter, qui certis quibusque dignitatibus mundi hujus cupiunt honorari, cui se officio, vel ordini debent à Jelsa mancipare, antea proponunt: ut per legitimum Maria spei trahent, finem quoque vealent desideratae part. I. dignitatis artingere. Hæc & alia Cassianus, ubi discipline supra. Nostra igitur professionis, sive Regulæ finem oportet ante omnia hujus Religionis athletis fixum hæc esse meni: scopumque proprium Commitit. præ oculis habere, ut in ipsum rotis nervis, ac viribus jaculentur. Hujus enim cognitio, nostra Reg. Carm. Francisci Nam cum in quavis arte, ac disciplina, ut eam re à S. Elia pag. 44 necessaria sit: proculdubio in professione mona-

stica (que artis artium est) multò magis hæc cogitatio & cura finem suum inquirendi, sibi cipienda est: ut & sic viam definire, diligere, ac parare media ad finis consequentem unicuique in promulgari. Ignorans enim quem portum petet (ut etiam teste Seneca loquamur) nullus suus proprius venus est. Ac proinde errant consilia nostra, nisi sciamus, quod dirigantur.

Eam ob rem in hoc opere cum primis constitutendum nobis est, quam ad metam nostræ Regulae sive instituti cursus dirigatur, ut via, rationesque omnes facilius inveniantur, quibus eo perveniri possit: & ut certa, que in Regula continentur, ex commensurazione ad proprium finem melius percipiatur. Omnis igitur monastica discipulina duplè fine gaudere solet. Primus finis est illum omnium Christianorum, omniumque Ordinum communissimus, nempe caritas, sive gloria Religionis DEI. Alter vero proprius est, qui telos, sive finis proximus appellari consuevit. Qui quidem finis est illum illo superiori conferatur, medium potius ad nos illum pervenienti existimari potest. Nobis inquisitum est, quod illo superiori conseruat, medium potius ad nos illum suorum ac instituti compotes evadent: sunt autem hi varii, pro varietate etiam & diversitate Religionum: omnes tamen ad tria genera reducuntur, secundum quod ab omnibus Theologis, tria esse potissimum Religionum genera, traditur: quorum aliud est in agendo, aliud in contemplando versatur, tertium vero tam actionem, quam contemplationem complectatur. Quod adhuc in alia duo membra subdividi potest. Nam vel est mixtum ex equalibus partibus, ita, ut æquilater & actioni, & contemplationi varet: vel plus haberet uno, quam de aliis verbigratia, minus de contemplatione, & plus de actione, vel è contra. Hoc ergo est, quod nunc investigamus, quisnam horum sit hujus Religionis scopus, sive finis versus, proprius, legitimus, ac immediatus.

Pro cuius resolutione primo (idque certè) statuendum est, proximum, & postissimum nostræ Religionis finem esse, contemplationi vacare. Quod & fuisse olim monachorum omnium prius institutionem constat ex his, que Cassianus Collatione 9. cap. 1. luculentem doceat: Omnis inquit, monachus finis, cordisque perfectione ad jugem, atque indiruptam orationis persistantiam tendit: & quantum humanae fragilitatem conceditur, ad immobilem tranquillitatem mentis, ac perpetuam nititur puritatem. Ob quam omnem, tam laborem corporum, quam contritionem spiritus indebet quarimus. & jactiter exercemus: & est inter alterutrum reciproca quedam, inseparabilis conjunctio. ita Cassianus.

Et hunc fuisse antiquum monachorum moem, ac beatissimi Marci tempore, qui primus Alexandri Monachis normam dedit vivendi, observatum, à Nicophoro Calixto lib. 2. cap. 1. & à Sozomeno eodem lib. cap. 17. & sequentibus, & à Calixto lib. 2. de instituto resonianum cap. 5. memorie proditum est: de quibus ipse ita scripsit:

In primordiis enim fidei, probatissimi illi Marci amatores, ac discipuli eo servore scripturarum divinarum lectionibus, oratione, & operi manum diebus, ac noctibus ita incubebant, ut neque escaram quidem appetimus, vel memoria, nisi alio, tertiori die corporis interpellare in diem. Scripte autem horum exercitia, studia, atque philosophiam, institutum, mores, ritum, rationemque conversationis omnem celebrissimas Philo

Theom. à Iesu Oper. Tom. I.

Q. 9. 3

natione;

Nicophor. Calixto. Sozomen.

Vid. Ioan.

ÆTUS.

MARIA

Scholam

oratione,

Tract. 1.

Notab. q.

& discipli-

*Monast. c. natione Iudeus, professione vero Pythagoricus, quem  
3. part. 1. ad colloquium Peri Roma divinum verbum concio-  
Francisci nans, fama est, pervenisse, ut Ecclesiastica narrat  
et S. Elia historiæ. Hæc autem fons alicui longè reperit  
Comment. videantur, cum tamen vi propriâ nostrâ instituti  
in Reg. adduci meritò debeant. Fuerunt enim Monachi  
Carmel. illi ex Elenis, ELIAE successoribus, ut supra part.  
pag. 45. 1. cap. 1. plenus tradidimus. Quare hanc Aegy-  
& Em manuelis vendi normam, instituci puritatem Regula nostrâ  
a JESU. protrahere usque ad nostra tempora, ac conser-  
vare nititur.*

*Tomo 2. Proprius verò ad Regulam nostram acceden-  
Fructuū tes, propositam veritatem efficaciter compro-  
Carmeli bimus. Ita primum non sit leve argumentum, quia  
seu Di- seu nostrâ Religionis Dux, & author ELIAS, totum  
scens. fece vitæ suæ tempus in oratione consumpsit. Sic  
Moralisti enim de eo WALDENSIUS tit. 1. de Sacramentalibus  
in Regul. cap. 6. n. 1. scripsit. *Lege (inquit) librum Regum 3.*  
Carmel. & 4. si non nostrâ sanctus Patriarcha Elias, nondico  
Disce. 39. per plures vices, sed pene totam vitam in orando con-  
sumpsit. Post ELIA M. verò filii Prophetarum, qui  
in solitudine juxta flumen Jordanis (ut a hores  
Hieron. sunt Hieronymus ad Paulinum, & Isidorus lib. 2.  
Isidorus. de officiis cap. 16.) habitabant, hi die ac nocte, hymni,  
Joannes & orationibus studebant. De his enim ait  
Hierosol. Joannes Hierosolymitanus, in libro de institutione  
monachorum, de filiis Prophetarum, eorumque  
successoribus, instituio que agens, quod ad imita-  
hoc prob- tionem ELIAE, incessanter, & continua penetrare  
batur & vestes fieri sibi solitudinum montu Carmeli, & aliarum  
confit- Eremorum terra promissioni solebant: ubi cogitatio-  
matur nibus sanctis, & intentione, oratione, ac ceteru armis  
exemplo justitia muniti, tanto conatu mentes suas ad exem-  
S. Elias, & plum ELIAE. Principi corum sursum in DEI contem-  
successo- plationem elevabant, ut in celestibz choribz putarentur  
rum ejus translati, & revelata facie gloriam DEI declarari, per-  
fuentes colloquio DEI, cui puris mentibus imbarebant.  
Hæc Joannes.*

*Deinde in Evangelica lege (ut nunc illos probatissimos monachos Marci discipulos præ-  
tetebar, de quibus supradictis,) nostri Ordinis prime-  
vos in lege nova cultores orationi maximè stu-  
duisse repememus. Josephus enim Antiochenus,  
Josephus lib. de perfecta militia primitive Ecclesie cap. 12. in-  
Antioche- quis: Perfectorum multum Christi Apostolorum co-  
nun. adjutores surrexerunt strenuissimi viri solitarii, con-  
templationi dediti, sanctorum Prophetarum ELIAE,  
Armach. & Elisei sequaces, qui de monte Carmeli descendentes,  
&c. Et Armachanus apud WALDENSIUS tit. 9. cap.  
89. in sermone de Conceptione beatissima Virginis  
MARIE inter alia sic ait: Ut dicunt fide digna his-  
toria, à tempore ELIAE & Elisei, qui sapienti mora-  
bantur in monte Carmeli, solebant homines contemplati-  
vosi secretius inhabitare, utque ad tempora Salvato-  
ris: & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apostolo, in-  
de Virg. ter ceteros sunt conversi. Et infra docet, eos Fratres  
beatissima MARIE Virginis de monte Carmeli suis  
sive vocatis. Jacobus quoque de Virtaco, in libro,  
Jacobus qui dicitur Memoriale cap. 22. inquit: Quidam  
de Virg. viri seculo remanentes, ad imitationem sancti  
Viri, & solitarii ELIAE, vitam solitariam agebant  
in alvearibus modicarum cellularum, tanquam apes  
Domini dulcedinem mellificantes. Et verè JOAN-  
NES 44. Patriarcha Hierosolymitanus, qui primam nobis in scriptis Regulam tradidit, ferè per totem nos ad imitationem ELIAE, & vita solitaria finem (assidue nempe contemplationem) dirigere conatur.*

*Secundo, qua omni tempore, & tæculo pro-  
mulgata fuit, & ex textu Regule, ut proprium no-  
stri Ordinis institutum, assida divinitate legis me-*

ditatio. Et in primis, de temporibus ante Christi adventum, & de his, quæ post ejus adventum immediatè succederunt, nec non de Regula Divi JOANNIS, jam dictum est. Postea Religio, quæ sub Regula ALBERTI militavit (ut nunc etiam militat) idem profectus institutum, ut constat ex cap. 6. Regule, ubi præcipit, *die ac nocte orare, & meditatione vacare.* Et quia domestici telos in hac re certius reddunt testimonium, producat noster Ven. P. Thomas Waldensis, de Sacramentalibus, Wald. tit. 9. cap. 24. n. 7. ubi Religiones distinguens penes ordinem ad proprios fines, nostrum designat his verbis: *Veniat Benedictus, & crescat in aspera custodia clausi: succedat Albertus cum Carmelitis suis, & crescat in silencio, & meditatione continua legi DEI, in secreto celis, cum labore manuum, & penuria vici. Sic Dominus servat in doctrina casti, & Franciscus in nuditate, & respectu mundi, &c.*

*Terterum accedit aliquorum summorum Pontificum testimonia, quæ rem propositam clara, & indubitate reddunt. GREGORIUS IX. (ut Greg. IX. habebut in registro anni tertii sui Pontificatus, & referut in Speculo Ordinis) Fratribus in monte Ex Bulla Carmeli commorantibus ita rescripsit: *Dilecti Pontificis filii, Priori, & Fratribus Eremitis montis Carmeli salutem, &c. Ex off. iij nostri circumspectione, tenemur sollicitam adhibere cautelam, ne be, qui, ascendentes in montem orare cum Domino, pedes suos laverentur, iterum eos coincidunt à contemplationis specie descendendo. & infra: Hinc est, quod cum loco pedibus speculum Domini ascendas, yacatur contemplationibus celestium, & assumperis contra maligros luctamen, terrenu omnibus abdicatis, ideo, &c.* Eundem quoque utitur verbis INNOCENTIUS Papa IV. qui anno Domini 1245. Regulam nostram confirmavit: quibus subscriptis ALEXANDER IV. (ut in Speculo Ordinis refertur.) Imo ex Bulla mitigationis ab EUGENIO IV. concessa constat, Fratres, dum mitigationem postularent, id potissimum pro causa mitigationis iusta allegasse, valde scilicet ostendere, ac difficile esse, noctu diuque in lege Domini meditari.*

*Quarto, quia semper nostri Ordinis Fratres Et alii Eremitæ coluerunt, & Eremitæ à summis Pontificibus, (ut ferè ex innumeris Bullis, & privilegiis bullis patet) sunt appellati. In hoc præ foribus in ipso Regulae titulo legitur. At proprius Eremitum finis est, DEO, crætoribus, ac meditationibus divinis vacare: ergo iste est nostri muneri scopus. Neque contra hoc urget, quod in civitatibus, aut villis nunc habemus: quia consueto nostra Regula addit, ut hæc loca nobis concessa in Eremitis, vel alibi, non aliter recipiantur, nisi apta sint ad nostrâ Religionis observiam.*

*Quinto, quia nostra Regula aliquem finem, & scopum habere debet: & tamen non habet pro fine vitam merè activam (ut constat) neque mixtam ex contemplatione, & actione, nempe cura proximorum: nam nullum nec minimum de hac actione in Regula verbum reperitur. Habet ergo pro scopo potissimum vitam contemplativam; hic enim verus est finis, qui in Regula exprimitur, & ab ea potissimum intenditur.*

*Sexto, & efficacissime probatur. Nam ille est verus Religionis finis, quem cetera religionis exercitia respiciunt, & ad quem diriguntur: sed omnia Regulae exercitia ad orationem præcipue destinantur: hæc igitur finis est. Major hujus argumentationis certa est ex ipsa natura finis. Minor verò probanda est, per singula Regulae mandata, & exercitia discurrendo.*

*Et (ut à principaliori incipiamus,) cellæ stabilis-  
cuso-*

Greg. IX.

coftodia , & jugis commoratio ad hunc finem  
principiū deftatur, & à Regula in id ipsum eli-  
gitur. Probabimus enim infra cap. 6. quantum  
cellæ affida habitatatio ad orationem, ac medi-  
tationem conducat: nec ulli dubium est, ad ora-  
tionem secretum , & solitarij locum positi-  
mum requiri, ut confat ex illo Matth. 6. Tu autem  
cum oraveris, intra cubulum tuum, & clauso oſio,  
&c. Hac ratione oravit noster ELISEUS 4. Rtg.  
4. qui puerum à morte suscitatus, domum in-  
dreditur, & clauso oſio oravit ad Dominum.

Quibus adde, quod non uteunque in celo ma-  
nere Regula præcipit: fed singulos singulas, & le-  
paratas cellulas inhabitatice constituit, ut commo-  
dius divinis meditationibus & orationibus vaca-  
re, sine alterius offendiculo possimur: quod laius  
prosequitur infra in Expositione cap. 3. Præterea,  
cum hoc medium ad obtinendam partitatem, &  
indisruptam orationem, & meditationem princi-  
palias sit; ideo in Regula tanquam fini proximiūs,  
& magis ei proportionatum, simul cum ipso fine  
in 6. cap. præcipitur. Et insuper, ad hujus medi-  
firmitatem, & consistentiam aliud quoque me-  
dium à Regula inculcatur, nempe, labor manuū, qui, ut infra in capite de labore manuum di-  
cetur, ob id tantopere nobis commendatur, ut in-  
tra cellam occupati, manus in opere & mentem in  
DEO fixam teneamus, & utrique studiorū pariter  
impediamus. Nam, ut optimè Cassianus, lib. 10.  
institut. cap. 24. ob has dicas causas inter alias, labor  
manuum extor ab Ægyptiis monachis exercer-  
batur. Primò, ne ab eis otium admittatur. Se-  
condò, ne meditationi spirituali finis imponeatur,  
ut sic (art) pariter exercentes corporis, animaque vir-  
tutes, exteriori hominū splendoris cum emolumen-  
tiori exequantur: & sic lubrici motibus cordu, &  
fluctuationis cogitationum instabilis, operum pondere,  
velut quandam cenacem, atque iru[m]obilis anchoram  
præfigent: cui voluntatis ac pervergatio cordis innexa,  
intra cella clauſtra veluti in portu fidibus mo, valcat  
contineri: atque ita spirituali meditationi, & coftodia  
cogitationum intentia, ab omni superflua, & otiosa co-  
gitatione, se coftodiat: ita ut quid ex quo pendeat, haud  
facile posse in quicquam discerni, id est, utrum propriæ  
meditationem spiritualem manuum opus exerceant:  
an propriæ operi jugisatram tam præclarum spiritus  
proficiat scientiaeque lumen acquirant. Hæc Cassianus.  
Qui ibidem etiam doce, PAULUM primum  
Eremi cultorem pro sola purgatione cordis , &  
cogitatione soliditatem, ac cellæ perseverantiam,  
manuum laborem elegit. Et denique idem Cal-  
lianus libro 2. institutionum cap. 14. pulchritè (ut fol-  
let) docet, quantum ad orationem labor manuum  
conducat. Idem sentit Bernardus in Epistola ad  
Frates de monte DEI: ubi mones, intra celum manu-  
bus aliquid operandum, ad nutritendum, &  
conservandum spiritum. Constat igitur ex dictis,  
tam cellæ affida commorationem, quam la-  
boris manuum exercitum, ad orationem, &  
meditationem à Regula prudenter ordinari, ac præ-  
cipi.

Oportet igitur, ut ad reliqua capita Regulæ de-  
scendentes, idem de unoquoque probemus. Post  
Regulæ articulum, qui de cellæ habitatione tra-  
stat, lequitur præcipiūrū de Horis Canonis, quæ mentem in DEUM elevant, & in interiorē  
animæ devotionem in ejus honorem, & laudem  
excitant. Hæc verò non tam media ad ora-  
tionem, quam ipsa oratio dici possunt.

Traditur deinde caput de non habendo pro-  
prium, tam in particulari, quam in communione.  
Hæc verò stultissima paupertas (ut author est

GREGORILIS IX. ibi adducendus) ideo à re-  
gula præcipitur, quia maximè oportet, viros con-  
templationi addicatos, nudos ab omnium terre-  
norum possessione pedes habere. Et (ut omittam  
alia Regule statuta, quæ etiam hinc fini defer-  
vunt,) ad præcipua gradum faciam: ad ea nim-  
rum, quæ de jejunio, de carnium abstinentia, &  
de silencio loquuntur.

Ei (ut à jejuniū incipiam) in primis ipsi Hæ-  
tici, jejuniū, & abstinentia acerrimi hostes,  
quales sunt nostri fratres Lutherani, & Calvinis-  
ti, etiæ alias à jejuniū utilitatem omnes, & fructus  
secludant, hunc negare non sum: ausi, nempe, ad  
orationem, & contemplationem maximè adju-  
vare: ut videtur est apud Bellarminum lib. 2. de bo-  
nia operibus in particulari cap. 1. in principio. Quod  
& nos hinc breviter exemplo antiquorum Patriar-  
charum & sanctorum Patrum comprobabimus.  
Hi enim jejuniū animam ad orationem, & cale-  
stium rerum contemplationem disponebant. Sic  
de Moysi Exod. 34. qui quadraginta dierum jeju-  
niū animam præparavit, antequam ad DEI collo-  
quium audiret accedere. Sic sanctus noster Pa-  
triarcha ELIAS per quadraginta dierum spatium  
jejuniū obseruat, ut DEUM in monte Oreb sub  
specie auræ tenuis videare posset. Daniel quoque  
triū hebdomadārū jejunio disponitor ad re-  
lationem Domini suscipiendas. Et ob eandem  
rationem Ecclesia Catholica in profestis ma-  
gnistrum solennitatem jejunia decernit, ut his ani-  
mi aptiores reddantur ad vacandum tali celebra-  
tati: ut doce Divus Bernardus in vigilia S. An-  
drea. Quare recte illud dictum est à Chrysostomo  
homil. 1. in Genesim: Jejunium est anima nostra ali-  
mentum, leve et pennis producit, ut in sublimē fer-  
tur, & summa contemplari queat. Basilius quoque  
Sermone 1. de jejunio: Jejunium (inquit) orationem  
ad celum transmittit inßar ala ipsi existens ad pre-  
fationem sursum versus. Neque est, cu in hoc diutius  
immoresur, cum passim id Patres apertissime  
doceant.

De carnium vero abstinentia illud est certum,  
maximè conducere ad corporis, & passionum  
ejusdem mortificationem. Nam cum carnes sint  
quasi quoddam seminarium libidinis (ut infra de  
su carnium probabimus,) passiones pacatores  
reddantur per eorum carentiam. Iis autem fedati-  
zis, animus promptior est ad divisa speculanda.  
Quare hac carnium abstinentia à Regula com-  
mendatur, quasi removens prohibens mortifica-  
tionem passionis, ac propinde inducens mentis  
elevationem in DEUM.

Denique de silentio non est, qui ignoret, quām  
fidus sit orationis comes: & ob eam causam tan-  
topere à Patribus, & à nostra Regula commendatur,  
& non uteunque, vel simplici præcepto, sicut  
& alia; sed pluribus verbis, & variis Scriptura au-  
thoritatibus persuadetur, & præcipitur.

Septimò, & ultimo, orationem, ac meditatio-  
nem finem esse Regulæ, non levis conjectura sus-  
det. Nam sicut finis est id, quod primò intendi-  
mus, & quod in animo ante omnia alia praefigur-  
tur, ad cuius postea consequitionem reliqua de-  
finiuntur: ita Regula inter eas constitutiones, quæ  
ad subditorum directionem spectant (ut initio  
capit. 6. infra docebimus) primò loco telos, five  
scopum ante oculos objicit, ut ad illum reliqua,  
quæ in Regula continentur, ordinemus. Hoc ita-  
que in mente fine proposito, omnes actus nostri  
ad ejus consequitionem dirigendi sunt. Hic no-  
bis principalis debet esse conatus. Hæc immo-  
bilis destinatio cordibus nostris firmando est,

Exod. 34.

Bernard.

Chrysost.

homil. 1.

Basilius.

Script.

VIII.

26

ur divinis rebus, ac DEO mens semper inhæret. Pro hoc fine cellæ solitudo & clausura secessanda est; jejunitia, vigilia, corporis nuditas, silentium, carnium abstinentia, & reliquæ aperientes suscipienda sunt. Et denique quidquid ab hoc diversum est, quamvis alius magnum videatur, importunum tamen, aut etiam infirmum, seu noxiuum judicandum est.

Pater igitur ex dictis, post orationem, & meditationem, in nostra Regula & professione secundum locum obtinere vitæ aperitatem: in qua etiam potissima pars est, cellæ, sive monasterii clausura. Ita, ad hæc duo, nempe ad vitæ aperitatem, & clausuram, veluti ad duos orationis pedes, & firmissimas nostri instituti columnas cetera reducantur. Quare studiosus quisque nostræ professionis lector, post orationem, colat pœnitentias, sive vitæ aperitatem, & clausuram.

**Qualiter**  
vitam  
mixtam  
Religio  
Carmel.  
ample-  
tatur.

Secundò existimo, secundariò studendum esse nobis animatum salutis, sine detrimento tamen (quantum fieri potest) principalioris finis. Et (ut clarius loquar,) hac secunda affectione constituo, nostra Religionis institutum mixtum esse contemplatione, & actione; non tamen ex aequo, sed principaliter ex contemplatione, secundariò autem, & minus principaliter, ex actione.

Duo continent probanda. Primum principale objectum & adequatum nostri Ordinis esse divina legis meditationem, ac contemplationem; quod satis constat ex dictis. Secundum objectum, secundarium & principaliori annexum, esse studium latius animarum: quod nobis restat probandum, idque fieri DEO favente jam in sequentibus latius probabimus, repetitis iis, quae aliquando diximus in *Stimulo missionum*, sive in *libello de propaganda à Religiosis per universum orbem fidei*.

## D V B I V M V.

### An Religioni nostræ conveniat studium conversionis animarum.

**R**eligiosis omnibus, quantumvis solitudini contemplationi dedit, valde esse consentaneum, imò expedientissimum Ecclesiæ consonans in animatum conversione adjuvare, latissime in 2. parte *Stimuli missionum*, & in 2. part. lib. 2. de *Conversione omnium Gentium*, tam ex Regulis sive institutionis Religiosorum omnium, quam ex multis aliis argumentis; imò verò Religiosos omnes præ alii huic functioni esse aptissimos, cum ex fructu à Religiosis Ordinibus in Ecclesia DEI percepto, tum ex aliis capiibus plenissime ostendimus. Inter Religiosos verò ad tantam gloriam à DEO fuisse Ordines mendicantes veluti coadiutores fidelissimos electos in 3. part. *prædicti operis*, & ex antiqua horum sanctissimorum Ordinorum in Ecclesiæ institutione, & ex fructu, qui tanquam ex uberrimis fontibus in Ecclesia arva emanavit, conatus sumus demonstrare. Ex quibus in 4. parte *Stimuli Missionum* manifestè, ut puto, deducemus proximorum curam, ac de propaganda fide sollicitudinem, tantum abesse, ut cum nostro instituto pugnet, quin potius maximè sit illi consentaneum: & quod ad illius finem scopumque speciali reducatur, illumque mirifice perficiat.

**Varius**  
hujus  
questio.

Præmittendum aurem illud erit in primis, quod quancum ad præsens accinet propositum, multiplex potest esse sensus hujus asserti. Primi,

an sit contra nostrum Institutum salvi proximum, stodere. Secundò, an sit conforme. Tertiò, an etiam pars principalis nostri instituti, ut aperte quæ ad finem nostri instituti pertineat.

Secundò præmittendum, institutum Religiosorum duo includere: primum Regulam ipsam precepit à summis Pontificibus comprobatam, deinde Religionis finem sive scopum, ad quem omnia alia tam ois infra in Regula, quam in Constitutionibus praesciuntur, delinquentur. Regula igitur præcisè sumpta non constituit institutum, neque Religionem peculiarem, sed est veluti materia, ac generica quedam institutio, qua specificatur, & contrahitur ad varios fines, quos ibi, ac posteris Religionum Fundatores praefixerunt: ut patet ex Regula D. Augustini, sub qua in nomine militantis Religiones inter se distinctissime, ac in suis functionibus ferè contrariae. Quare non tam ex Regula, vel saltem non ex ea possimum, quam ex Fundatorum Religionum fine in Constitutionibus praefixo, institutum Religionis est judicandum: & à fortiori vis & latitudi instituti pensanda erit, præcipue ex declarationibus, ac Bullis summorum Pontificum; quia cum Regula sit jus quoddam humanum, & (ut nupet dicebamus) velut materia quedam, à summis Pontificibus, à quibus confirmationem, vixque obligandi accipit, explicatur, declaratur, extenditur, ac pro temporum, & locorum mutatione limitatur, corrigitur, aut ad altiorem finem, sive scopum sublimatur. Unde instituti Religionis appellatione, vel possimus intelligere finem particularē illius Ordinis, ut Predicantium prædicare, Monachalium contemplari, aut ipsam Regulam præcisè sumptam: Ac denique instituti nomine comprehenditur tam Regula, & Constitutiones, quam finis specialis Religionis: quare quicquid in Constitutionibus præcipitur, vel alio modo ad Religionem pertinet, solemur dicere, ad Religionis pertinere institutum. De instituto igitur, in hac tripli acceptione erit sermo, ac in aliqua illarum Ordinis nostri instituti, præcipue Regula, Constitutionibus, aut speciali ejus fini pugnent, vel consentaneæ sint Missiones.

Tertiò tanquam certum indubitatumque supponimus (latius inferius probandum) nominis, sive titulo salutis proximorum contineri tam fidelium, quam infidelium curam: id enim aperi-  
tissime probant rationes infra adducendæ, ac allatæ supra. Quare si probaverimus nostræ professioni vaide esse consentaneum, de salute proximorum procuranda tractare, non erit dubium, quin idem censendum sit de infidelium conversione.

Quatuor igitur, aut quinque capitibus rem totam comprehendam. Primi, ex Regula. Secundi, ex summorum Pontificum testimoniis. Tertiò, ex auctore ejusdem Instituti, ac ex nostrorum majorum exemplis. Quartò, ex mediis, hoc est, ex legibus scriptis. Denique quintò, ex fine speciali, quem nos communiter scopum nostræ vocationis appellamus. Ex his ergo principiis aperte deducam, ad nostram familiam curam hanc, & sollicitudinem, pro juvandis proximis porissimum spectare: di-  
cturus deinde de eximia illa functione, quæ in infidelium salutem procuranda versatur.

Ex

Ex vi  
ap  
P.R.  
lam  
galam  
rum, c  
ex dec  
16. in  
elle ve  
institu  
infec  
mas a  
meffio  
tiuum  
vero  
cat  
enim  
demi  
Legend.  
paen. à  
JESU  
MARIA  
TOMAS  
Tract. cui  
rictus,  
Afric  
Mission  
Oratio  
adversa  
rum re  
ficiat.  
cip  
Et Ven  
P. Hie  
tonymai  
Gratian  
liber da  
zalo pro  
pagacion  
c  
Fidei.